



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. XIII. Natura & effectus vini moderati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

Addantur capiti cornua, Bacchus eris.

Eam ob causam, quod nonnullos instar senum morosos reddat, ac Melancholicos, atq; ad rixas & conuicia propensos, cornua addebatyr, q; temulcitos, tametsi vino vacui, sint mansuetissimi, madidos tamen, cornupetas euadere, compertum habeatur.

Cur cum cornibus.
Cur Bac-
chus Liber
etius, ve-
ra Plutar-
chi senten-
zia.

Lib. de sa-
ntaribus
documen-
to, cap. 37.

Plutarchus demùm, censem idè Libertum vocatum Bacchum, quod vini nimetas, ad omne flagitium sit liberrima. Quæ cùm ita sint, apertis excipienda est aurib⁹, paterna Dñi Augustini exhortatio, *Fugiamus Ebrietatem, vinum enim nobis Deus ad lenitiam cordis, non ad Ebrietatem donauit. Bibamus ergo quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat, ne id quod ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus.*

G A P V T XIII.

Natura & effectus vini moderati.

Antithesis hæc vini, tūm nimii, tūm temperatius optimè Theognidis versu declaratur:

δινῷ τινόμην παλύε κακός. ἡ μὲ τις δυτὸς
πίνεται σαπλύως, οὐ κακός ἀλλὰ γαθός.

Vinum si bibas multum, noxiū est, at si quis ipsum Bibat prudenter, iam non malum, sed bonum est.

Nec tot intemperantia vini producit incommoda, quot è moderatione prodeunt utilitates. Nam si medicorum placitis credimus, eius mediocritas, tūm animo tūm corpori plurimum affert emolumenti. Et primò quidem mentem exhilarat, ac molestiis oppressam pristino vigorī restituit, unde Xenophon appositissimè. *Mediocre vinum mærorē satis, ut mandragorę hominem: benevolentias autē, non aliter, quam oleum flamas excitat.* Ad idem videtur allusisse Tibullus:

In Sympo-
siac.

Adde merum, vinoq; nouos compesce dolores;

Eleg.lib. I.

Occupet ut fessi lumina victa sopor.

Mediocre

Et alibi paulo prolixius, quanquā & quædam interpolauerit, quæ nonnullam sapient leuitatem,

vinum exhilarat animum.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,

Ad Messal.

Mouit & ad certos ne scia membra modos.

Bacchus & Agricole magno confecta labore

Pectora, tristitiae dissoluenda dedit.

Bacchus & afflictis requiem mortalibus afferit,

Cruralicet dura compede pressa sonent.

Non tibi sunt tristes curæ nec luctus Iacche,

Sed chorus & cantus, sed leuis aptus amor.

Sed varii flores & frons redimita corymbis,

Fusa sed ad teneros lutea palla pedes.

Et Tyriæ vestes, & dulcis tibia cantu,

Et leuis occultis conscientia cista sacris.

Accedit Ouidius:

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos;

Lib. I. de

Cura fugit multo, diluiturq; mero.

arte amandi.

Tunc veniunt risus; tunc pauper cornua sumit;

Tunc dolor & curæ, rugaq; frontisabit.

Lxitiam non modò gignit, tñm sanguinem augendo, tñm spiritus animales, quæ sunt instrumenta vinæ acutæ animæ excitando, easque dispositiones inducendo, ingenium. quibuscum optimè se habet, atque ad hilaritatem prona est, sed & rationis atque ingenii vires acuit.

Moderatū

Quod inter alios confirmat Aristoteles: Vinum in- Probl. 30. quiens, si moderatè sumatur, concoctionem iuuat, cor ex- sett. 3. hilarat, cerebrumq; ac spiritus animales fouet, somnum conciliat. Hinc memoriam & intelligentiam adauget, ingenium oborat, sensus reddit puriores, excitatque animum ad altas speculationes. Eodem spectat illud Ouidii.

Nec

11. Meta-
morp. fab.

23.
*Vinū tem-
peratū,*
*valetudi-
nē mirum
in modum*
confirmat.

*Lib. 3. de
Tempera-
mentu, c. 3.
Lib. de vi-
ni natura,
cap. 2.*

*Nec non & carmina, vino
Ingenium faciente, canunt.*

Quantum verò toti planè corpori sit proficuum,
ut nihil ego meis adducam verbis, ne vltra fidem
aliquid effari videar, trium præstantissimorum Me-
diorum, qui paulò ante nostra tempora floruerūt,
ex Galeni fontibus haustis luculentis testimonis,
clarum exhibeo.

Primū Guilielmus Gratarolus Bergomas, s:
scribit: *Si temperantia in vini vsu adhibetur, cum ada-*
lendū, tūm etiam ad roborandum corpus, ac proinde ani-
mī natura, mā omnīū efficacissimum habet; si quidem purissimum
generat sanguinē, oxyssimē in alimentū conuertetur, si ob-
structionib. corpus nō laboreat. cōcoctionē in qua uis cor-
poris parte adiuuat, cerebrū purgat, intellectum excitat,
frigore sopitos spiritus vivificat, vrinam ciet, flatys di-
cutit, innatum calorem auget, conualecentes impingit,
cibi appetentiam inuitat, sanguinem turbidum ac Mel-
cholicum clarificat, obstrunctiones leues aperit, alimen-
tu in vniuersum corpus defert, colorem conciliat, & omne
in corpore excrementum deuicit. Et moderatè quidē po-
tum certissima est omnium horum bonorum causa. Im-
moderatè verò penitus contrarium gignit.

*De bona
valetudi-
ne. Dial. 3.*

Eadem, aliis tamen verbis, facundissimus vir Ge-
orgius Pictorius affirmit: *Vinum moderatum nostri*
corporis calore suscitat; unde & cruditas corrigitur, &
sanguis emendatur; alimentū quādoquidem prompte pe-
netrat, per vniuersum corpus dedit; bonam corporis
habititudinem emaciatis reparat, fastidiosis appetentiā
cibi recociliat, pituitosum humorem extenuat, bilem per
lotium euacuat, coloris gratiam inducit, animo leta-
bundam alacritatem, iucunditatemque adfert, corpusque

robustum

busius efficit. Et quemadmodum aqua, lupinis mul-
tum amaricantibus superfusa, Zenone afferente, lupinos
 dulces efficit: sic vinum modice potatum, hominis men-
 tum nubilam serenat, atque lœtitiam generat. Hæc Pi-
 torius.

Iohannes Curion, non vulgaris doctrinæ atq; ex- Lib. de cō-
 perientiæ Medicus, articulatius ex Auicenna hæc seruanda
 quinq; afferit moderati vini cōmoda. Quāquam ve- valetudi-
 ro, inquit, à nobis hæc tenus dicta mala, vino immodera- ne, cap. 25.
 tius sumpto accepta ferenda sunt, non parū tamen cōfer- 3. I. Doc. 2.
 re cōsiderandū est, si modice bibatur. Primò namq; calo- cap. 8.
 re & subtilitate substanciæ, tūm conuenienti quoque &
 occulti proprietate, facilem efficit ciborum, quibus per-
 miscerit, in omnia membra distributionem. Vndē elegan-
 tissimè ab Hippocrate ὡχηματῆς τροφῆς, hoc est, alimēti In librū
 vehiculū, nuncupatur idq; merito sanè; neq; n. ex ventri- de alimen-
 to. In signes
 tūlō in venas, quæ sunt in hepate multa & angustia, suc- vini mo-
 ris facilē transmitti posset, nisi aliquis ei tenuis & aquo- derati v-
 sus humor, tanquam vehiculum permiseretur.

Deinde; eadem etiam ratione phlegma incidit, atq; re- tilitates.
 soluit, meatū obstrūctiones aperit, adeoq; naturam ip-
 sam ad excretionem incitat.

Tertiò, flauam bilem per sudorem, vrinam, excremen-
& transpirationē insensibilem ἄσθλομ ἀιδίσσεια-
 τοῦ, Græci vocant, expellit.

Quarto, atram bilem, quæ crassa & tardi motus est,
 per proprios meatus, ab hepate ad splenem, & à splene
 ad os ventriculi, nullo negotio deducit, tandemq; è corpo-
 re, vna cum fæcibus exigit. Quin etiam melancholia no-
 xas, substancia, temperamento, & effectibus suis
 contrariis, reprimit ac tollit. Siquidem Melancholia tri-
 fuitam, timorem, pusillanimitatem, & auaritiā; Vnum
 vero

verò latitiam, audaciam, magnanimitatem & liberalitatem parit.

Quintò medetur omnibus modis, seu speciebus laſitudinis, niſi multa extranea caliditas ipſis coniuncta fuerit; ſpiritus enim languidos, tantumq; non exoletos, abunde reficit, & recreat, facultates corroborat, & humiditates, muſculis, neruis, chordis, & iuncluris infiden-tes, aut eximit, aut certè minuit. Adhuc in arefactis laſitudine, re ita poſtulanter, velociter humectat, preſer-tim dilutiusculum.

Præſtat præterea & alia quām plurima commoda:
Loco ſuprà Galeno enim teſte, omnium celerrimè nutrit; nam vt affi-ciatō. miletur, mutationem deſiderat minimam. Calorem offi-ritum naturalem corroborat, totum corpus calefacit, ſe-rebrum purgat, intellectum excitat, cor exhilarat, ira-mitigat, triftitiam remouet, præq; omnibus aliis potibus, concoctionem ſemicrudorum humorum, in quaui corporis parte adiuuat.

Et vt vniico verbo rem totam perſtingam, hominum & anima & corpore reddit viriliorem, vnde abſtemij, & cætera æquabiliter ſe habeant, reliquis ſunt effemina-tres. Omnia hæc ille.

Quæ idē copiosius hīc inserta volui, vt ſi quis forte fit, qui ad sobrietatem, ac temperatum vini-ſum perſuaderi alia ratione non poſſit, ſaltem exuberantibus hiſce corporis emolumen-tilis, ad partē noſtras flectatur, Ed præſertim, quod ſacræ scriptu-ræ authoritatibus quām plurimis, ad id traheamur. Quām ſufficiens eſt, inquit sapiens Ecclesiasticus, ho-mini eruditio vīnum exiguum, & in dormiendo non labo-rabis ab illo, Et non ſenties dolorem; Et paulo poſt, Equa vita hominibus, vīnum in Sobrietate, ſi bibis illud

illud moderatè, eris sobrius. Quæ vita est, quæ minuitur
vino? Quasi dicat; quam insuavis, quam iniucunda?
Siquidem; Vinum in iucunditatem creatum est, & non in
ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis vinum
moderatè potatum. Sanitas est anime & corporis so-
bris potus.

CAPVT XIV.

Quantum ob sit vini potatio matutina fortioris
presertim atq; exotici.

SVbueror illud Apellis: Ne sutor vltra crepidam.
at ne quis obganniat, largas nimium è medico-
rum corio nos excidisse corrigias, si pergam & hoc
capite, quæ propria sunt illorum persequi; Nam cùm
id à propositi nostri ratione, ac morali quadā, quasi
ad sobrietatem conducente diæta, non magnoperè
alienū, veniam dabitis haud morosè; vestra Me-
dictiura semper salua sunt.

Carpimus eos, qui manè, nullo præsumpto cibo,
vini statim, preciosissimi pariter ac fortissimi, vt
Cretici, vt Falerni, vt Græci, vt Hispanici, aut alteri
generis exotici, lenocinia consequantur. In quos per
prophetam æternum vœ, Deus fulminat, Vœ qui co- *Isai. 5:*
nguis manè ad Ebrietatem seclandam, & ad potan-
tum vñq; ad yesperam.

Atq; vt ista iam altius nō eleuemus, q; per se clara *Sanitas*
sunt ac manifesta, si modus excedatur, vel præsen- plurimum
tissima sanitatis ac virium offendio, hanc, matutinis *matutina*
horis, tam fortia libandi vina consuetudinem pro- *bibitione*
hibere debuisset. Nec hic meis vtar verbis vt pro- *labefacta-*
bem, sed maioris fidei gratia, authorum celebrium,
ac præcipue Medicorum, quorum hic messem falce
nostra videmur tangere. Atq; sic eo de vitio Plinius:
Vinum ieiunos bibere nonitio inuenio, inutilissimum est. *Hist. mñd.*
T *Curas lib. 23. c. 1.*